

# ILLVSTRISSIMO AT- QVE EXCELLENTISSIMO PRIN-

GIPI AC DOMINO, DOMINO GUILHELMO VRSINO.

Domus Rotenbergicæ Gubernatori &c. aurei velleris equiti sacræ-  
que Cæsareæ Maiestatis Consiliario intimo, atq; regni

Boemæ Proregi &c. Domino mihi  
semper colendissimo.



OMPOSITIS diverso tempore diversisq; occasionibus quorundam huius Regni atq; aula Ce-  
sareæ procerum elogiis, aliis quoq; nonnullis opusculis meis, ut justi voluminis instar essent, adjun-  
ctis, non diu sane cogitandum mihi fuit, cui illud potissimum dedicarem, siquidem Excellentia vestra  
illustriſima inter eos, quorum hic nomina celebrantur, eo plane quo par est, primo nimirum ac prin-  
cipe loco mihi occurrit, quemq; reliqui omnes meritò venerentur, atq; ipsa viciſſim eisdem vel cognationis,  
agnationis aut affinitatis, vel certè clientela jure amanter admodum benigneq; complectatur.  
Confirmavit verò etiam animum in ea re meum, quod postquam semel atque iterum in eiusdem praesentia Musico choro  
regendo operam dedisse, ex vultus serenitate Excellentia vestra illustriſimæ singularem quandam erga me affectus be-  
nignitatem deprehenderim. Licet igitur munus hoc illustriſimæ Excellentiae vestre amplitudine indignum videri posset,  
tamen cum magnanimitatis esse sciam etiam humilia non asfernari, idcirco ab ea mente divelli me haudquam pas-  
sus, illud qualecumq; est Excellentiae vestre illustriſimæ quam humili me offero atq; consecro, enixè rogans, ut illud non  
modo hilari fronte accipere, sed meipsum quoq; in suorum clientum numerum suscipere, atq; hoc ipso liberalitatis & ma-  
gnificentie sue argumentum aliquod ostendere dignetur, quo facto ut nihil illius gloriae decedet, ita meo honori accedet sa-  
ne plurimum. Deus Opt: Max: illustriſimam Excellentiam vestram tam Musis quam Clientibus suis quam duntiſime  
seruet in columem. Datum Pragæ, Mense Septemb: anno 1589.

Illustriſimæ Excellentiae vestre

deditiſimus servus

Camillus Zanottus.

a 2

2